

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rosa In Hieme**

**Mertz, Martin**

**Antverpiæ, 1627**

Admodum R[everen]do in Christo Patri ac Domino D. Servatio de Lairvelz,  
SS. Theologiæ Doctori, S. Mariæ Mussipontan[a]e Maioris Abbati, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42750**

Admodum R<sup>do</sup> in C H R I S T O  
 Patri ac Domino  
**D. S E R V A T I O**  
**D E L A I R V E L Z,**  
 SS. Theologiæ Doctori,  
 S. M A R I A E M u s s i p o n t a n e M a i o r i s  
**A B B A T I ,**

Reuerend<sup>mi</sup> in C H R I S T O Patris ac Do-  
 mini D. P E T R I , sacratissimi Ordinis  
 & Cœnobij Præmonstratensis Abbatis  
 & Reformatoris Generalis , Vicario di-  
 gnissimo, vigilantissimo,

F. I O A C H I M V S Cœnobij S S . M A R I A E  
 & V E R E N A E in Roth humilis Abbas  
 salutem , obseruantiam & obedientiam  
 condignam.



A G N V M p r o f e c t o animi  
 desiderium amore mque , quo  
 in rebus p ræclarioribus Or-  
 dinis nostri cognoscendis pæ-  
 nè deperit , numquam non in P. V<sup>ra</sup> nota-

B 2              re li-

re licuit, tum ex ardenti earum inuestigatiōne, qua vtebatur sollicitē, cūm nobis Visitationum per Germaniam cursum conficiens præsens esset; tum verò & maximè ex docta illa, quam typis in magnum omnium nostrum emolumētum publicis mandauit, Regularium Opticā: in qua indefessum studium, labor & sollicitudo, quibus res Ordinis ex altis obliuionum tenebris in lucem & aspectum eruere summa contentione annititur, vel meridiana luce clariūs emicant. Quod cūm ita se habeat, oblatam, mihique non ita pridem à nostrorum Magistro Nouitorum F. Martino Mertz inscriptam, immortalis memoriae F. WILHELMI EISELIN, huius Rothensis quondam Cœnobij Canonici, & què gratam ac multū exoptatam Vitæ sancte peractæ seriem, mihi soli retinēdam in animum inducere nequaquam potui, sed eam P. Urā planè offerendam esse visum fuit: etenim præterquam quod eam duobus abhinc annis sibi communicari corām P. Vram petuisse inaudiuī, magni illi  
 pro

pro nobis suscep*ti* labores, impensi fauores,  
 nostra vicissim, qua in P. V<sup>ram</sup> ferimur,  
 prompta voluntas, charitas & debitum  
 officium, illam ipsam non tantum exigere,  
 verum etiam planè extorquere videntur,  
 vt ita in huius nostri communis boni gau-  
 dijque participationem veniat. Quapro-  
 pter hoc qualemque opus, vt maius lu-  
 men hac ipsa ratione consequatur, conscri-  
 ptum P. V<sup>ra</sup> velut perpetuum insignis no-  
 stri erga eamdem animi monumentum, in-  
 scribere, & ea qua pars est, tum beneuo-  
 lentia tum obseruantia offerre placuit:  
 quam vt grata placidaque mente suscipiat,  
 rogandum nequaquam existimo; quando-  
 quidem suprà quam dici possit propensam  
 ad similia acceptanda, fouenda ac tuen-  
 da, voluntatem, ex alijs liquidò licet conij-  
 cere: quare eo vultu hoc quale quale mu-  
 nus, quo alia, haud dubiè amplectetur &  
 prosequetur. Hisce in CHRISTO IESV  
 & VIRGINE DEIPARA & S. Patre  
 nostro NORBERTO valeat, ac Deo, Ec-  
 clesiæ, Ordini, Monasterio, sibi in multos

B 3      annos

annos superstes & incolumis fortunato  
cursu viuat. Datae ex nostro SS. MA-  
RIA E & VERENAE Cœnobio Roth, die  
IV. Augusti, anno à partu Virginis supra  
millesimum sexcentesimum decimo sexto.

Admodum R.P.V<sup>rx</sup>

deuotus & obsequens

F. IOACHIMVS Abbas.

AD